



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 56. Examinatores pro discutienda Molinæ doctrina a summo Pontifice nominati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

§. LVI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1597.

Examinatores pro discutienda Molinæ Doctrina a summo Pontifice nominati.

Jam per quinque omnino menses tam *Hist. con-*
Prædicatorum Apologia, quam alio-*trov. &*
rum Doctorum lucrubationes Romæ se- *Congreg. I.c.*
rio perpendebantur: ne autem in ne-
gotio tam arduo quicquam aut præci-
piti consilio, aut privati favoris, vel
odii impetu actum videretur, summus
Pontifex ineunte Mense Novembri hoc
anno expertissimos caussæ cognitores
nominabat, qui Molinæ librum nulla
habita ratione illarum lucrurbationum,
quas utriusque partis Doctores trans-
miserant, seorsim, privatoque labore
expenderent, ac præmisso hoc exami-
ne tunc demum pro adornanda censura
mutuo conferrent: hanc in rem
Pontifex studiose nec ex Societate, nec
ex Dominicanorum familia quempiam
nominavit, sed tales varii Instituti vi-
ros selegit, qui ab omni partium studio
alieni credebantur: erant autem se-
quentes. I. Propertius Resta Caria-
tensis Episcopus. II. Julius Sanctutius
Antistes Agathensis. III. Lelius Lan-
dus Nardinensis Præsul. IV. Henri-
cus Sylvius Vicarius Apostolicus Or-
dinis Carmelitarum. V. Franciscus
Brussus

H 5

Brussus

Sæcul. XVI. Brussus Procurator Generalis Ordinis
A.C. 1597. S. Francisci. VI. Joannes Baptista Plum-
 binus Ordinis S. Augustini. VII. Gre-
 gorius Nunnius Coronellus ejusdem Or-
 dinis Doctor. VIII. Ludovicus de Creil
 Doctor Sorbonicus, ad quorum nume-
 rum postea cooptati sunt Jacobus le
 Baffu Ordinis S. Benedicti Doctor Sor-
 bonicus, Joannes Bovius Regens Col-
 legii Romani Carmelitarum, & Hyp-
 politus Masserius Ordinis Servorum
 postea Montis Pelusi Episcopus. His
 præfecti erant Ludovicus Madrutius
 Cardinalis, Episcopus Tridentinus, &
 Pompejus Arigonius: porro rebus ita
 dispositis primum inchoabatur examen,
 quod undecim Congregationibus, seu
 Censorum conventibus absolutum est.

§. LVII.

*Bellum in Belgio vario successu con-
 tinuatum.*

*Thu l. 118.
 Gallut. de
 Bello Belg.
 l. 9. Spōnd.
 hoc anno
 num. I.*

Initio anni millesimi quingentesimi no-
 nagesimi septimi res in Belgio inter
 Hispanos, & Fœderatos Ordines pari-
 quidem dimicantium ardore, alternante
 tamen fortuna utrinque gesta est; capta
 enim Hulstana urbe Albertus Belgii
 Gubernator variis in locis militum de-
 lectus haberi, recentemque hanc mi-
 litiam Tornohuti convenire jussit, eo
 fine, ut Fœderatos Ordines crebris
 excus.